Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



240

Et gaudi fuer. & pacti sunt pecuniam illi dare.

de duodecim. Et abiit & locutus e
cum principibus sacerdotum & magis
tratibus quemadmodum illum traderet eis.
Et quaerebat opportunitatem. ut
traderet illum sine turbis. Venit
autem dies azimorum in qua necesse
erat occidi pascha. Et misit petrum
& iohem dicens. Euntes parate no
bis pascha. ut manducemus. At illi
dixerunt. Ubi uis paremus. Et
dixit ad eos. Ecce introeuntibus no
bis in ciuitatem. occurret uobis homo
amphoram aque portans. Sequimini
eum in domum in qua intrat. & dice
tis patrifamilias domus. Dicit tibi
magister. Ubi est diuersorium ubi pas
cha cum discipulis meis manducem.
Et ipse uobis ostendet cenaculum
magnum stratum. & ibi parate. Eun
tes autem inuenerunt sicut dixerat illis
ihe. & parauerunt pascha. Et cum fa
cta esset hora. discubuit. & duodecim a
postoli cum eo. Et ait illis. Desiderio
desideraui hoc pascha manducare
uobiscum. ante quam patiar. Dico enim
uobis. quia extinc non manducabo
illud. donec impleatur in regno dei.
Et accepto calice. gratias egit. et dixit.
Accipite & diuidite inter uos. Di
co enim uobis. quod non bibam de
generatione uitis huius. donec reg
num dei ueniat. Et accepto pane
gratias egit & fregit. & dedit eis dicens.
Hoc est corpus meum. quod pro uobis tra
detur. Hoc facite in meam commemo
rationem. Simili & calice postquam
cenauit dicens. Hic est calix nouum
testamentum in meo sanguine. qui
pro uobis fundetur. Verumtamen ecce
manus tradentis me. mecum est in mensa.
Et quidem filius hominis secundum quod
definitum est uadit. Verumtamen
ue homini illi per quem tradetur. Et
ipsi cepiunt quaerere inter se quis
esset ex eis qui hoc facturus esset. facta
est autem & contentio inter eos. quis eo
rum videtur esse maior. Dixit autem eis.
Reges gentium dominantur eorum. &
qui potestatem habent super eos benefici
uocantur. Vos autem non sic. Sed
qui maior est in uobis fiat sicut mi
nor. & qui praecessor est sicut ministra
tor. Nam quis maior est qui
recumbit an qui ministrat. Nonne
qui recumbit. Ego autem in medio
uestrum sum sicut qui ministrat. &
Vos autem estis qui permansistis in
temptationibus meis. Et ego dispo
no uobis sicut disposuit mihi pa
ter meus regnum. ut edatis & bibatis
super mensam meam in regno meo. &
sedeatis super thronos. xii. iudican
tes. xii. tribus israel. Ait autem simon
Symon. ecce satanas ex
petiuit uos. ut cribraret sicut triti
cum. Ego autem rogauit pro te ut non
deficiat fides tua. & tu aliquando con
uersus confirma fratres tuos. Qui
dixit ei. Domine tecum paratus sum. &
in carcerem & in mortem ire. At ille dixit.
Dico tibi petre. non cantabit ho
die gallus. donec ter abneges no
sse me. Et dixit eis. Quando misi
uos sine sacculo. & sine pera. & calci
amentis. numquid aliquid defuit uobis.
At illi dixerunt. Nihil. Dixit ergo eis.
Sed nunc qui habet sacculum. tollat
similiter & peram. Et qui non habet. uendat
tunicam suam. & emat gladium. Dico
enim uobis. quoniam adhuc hoc scriptum
oportet impleri in me. & cum ini
quis deputatus est. Etenim ea quae de